

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Lacrumae Super immaturo obitu Reverendi Clarissimi
Doctissimique, Viri DN. Bartholomaei Nasserii, Ecclesiae
Argentoratensis Ad D. Thomam Antistitis Vigilantissimi,
Academiae Professoris celeberrimi, ...**

Kermann, Christophorus

Argentorati, 1614

[urn:nbn:de:bsz:31-137122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-137122)





R. Ini. Kasse
614. d. 1. 1/2
ex bag. 11
Hera. 6 25
Hera 3. crichtige pro
Nachzahlung in der Form
Branden Gütchen Adelp. T.

Simone für die
Fabrikale Kasse
Monatlich 12. - 12. 1/2

REVERENDI CLARISSIMI DOCTISSI-
MIQUE, VIRI DN. BARTHOLOMÆI NASSERI, ECCLESIAE AR-
GENTORATENSIS AD D. THOMAM ANTISTITIS VIGILANTISSIMI, ACADEMIAE
Professoris celeberrimi, nec non Capituli Thomani Praepositi dignissimi, piè ac placidè in Domino
obdormientis ipso die Dominicæ Passionis, Anno 1614.

I.

Heu fortis quanta est, quanta est violentia mortis!
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Nil profunt thermæ, nil profunt pharmaca contra
Mors quibus, heu! corpus spicula dira petit.
Hinc & tæmificam quâ demetit omnia, falcem
Exacuit, subito vulnere sæva parans,
Exemplo est nobis Pastor dignissimus ævo.
Nasserus clarus, religionis amans,
Qui occidit in multam claudens sua lumina, noctem:
Cujus ad exequias, ampla corona venit.
Egregium specimen morum, lumenque cathedræ,
In quo pura Dei regna tenebat amor.
Tractavit nobis sacri qui dogmata verbi
Pro rostris, populos erudiendo pios.
Mellea cui fluxit teretis facundia linguæ:
Et vox hyblæis aurea mixta favis.
Cujus vix similem reperit Germanica tellus:
Vix talem nobis secula futura dabunt,
Hinc meritò tantus mæror nos occupat omnes,
Et lachrymas oculi non tenuisse queunt.
Heu, heu, quod talem mors aufert pallida, nobis,
Ac nostrum medio non finit esse diu!
Sed quid agamus? erat placitum sic omnipotenti,
Sic voluit sapiens, sic bonus ille Pater.
Quare corde Deum clementem & voce vocemus,
Nam res ardentes exigit ista preces.
Ut alios verbi dignetur mittere Servos,
Queis nostræ curæ resque salutisq; sient.

Mærens pos.

M. Christophorus Kermannus,
Argentoratensis.

Heu! NASSERE, cadis? (quid enim nisi flebile restat?)
Tristia lugubri murmura fusa modo,
Tristes accentus, & lamentabile carmen,
Et dolor exanguis tristis in ore sedens;
Ite huc in lacrymas, æterni elementa doloris,
Et miseros senis jungite quinque pedes.
Nam modò quem validâ Dominus vegetaverat aurâ,
Et cui nec dubius tinxerat ora color,
Hunc (referens doleo!) rapit inclementia morbi,
Atque implet vitæ munia summa suæ.
O nefanda dies, non te produxit Olympo
Vecta sub obscuro Memnonis axe parens:
Sed funesta tibi squalenteis extulit umbras
Inferno peplo nox adoperta caput,
O nox crudelis, cur non te exercita Sacris
Virtus commovit, nec sua nora fides?
Omnibus ô tristis nox, rerum lubricus ordo,
Funestoque nimis mors celerata gradu,
Cur te non dixit Sophiæ studium remoratur?
Eloquiumque potens? ingeniumque sagax?
Sed quid vana queror? non est revocabilis ipse:
Jaçturæ questus non capit ille modum,
Non juvenis jacet ante diem, glomeraverat olim
Pensa illi lucis talia terna dea,
Neglexitque hujus liquit contagia terræ,
Inter cælestes stella recepta sinus,
Non est mortalis (tristes absistite planctus)
Non est mortalis tuquæ fuisse dolor.
Et vos NASSERUM qui olim coluistis amici,
In primis Sancti dulcia membra chori,
Exuite atraci velamina tristia luctus,
Nam mors non tantæ par erit invidiæ,
Quò minus æternâ mutarit funera vitæ;
Nunquam etenim Sanctis mors simul atra venit:
Cunctisque æternum ut vivat celebratus in oris:
Nam non obruitur gloria marmoribus.

Lugebat

M. Matthias Cleophas Jacobi,
Herxheimensis Vangio.

III.

ECCLESIA.

Nunc hinc nuncillinc dum me, ceu turbo, malorum
Tela catervatim conglomerata petunt
An, NASSERE, meæ spes olim fida salutis,
Talia qui vivus cernis? obire potes?

ACADEMIA.

Quo vix florebam læto perfecta vigore,
NASSERE, in puncto, dum cadis, ipse cadit.
Eheu quàm nulla est hujus perfectio vitæ!
Quam semper membro sum viduata aliquo!

CAPITVLVM THOMANVM.

Exactis nondum fluxit bis mensibus annus
Ore ruptum ut rapuit nex inopina meum:
Te quoque nunc spoliator, mea quo duce cura quievit?
Ah sacri casum, quem fero, Summe Deus.

STVDIOSI THEOLOGIAE.

Qui gravis ore, stylo suavis, pietate coruscus,
Qui doctor noster, ductor & almus erat,
Qui tulit è puro divinos fonte liquores,
Hunc (ah quid facimus!) mors malefana premit.

ARGENTINA.

Aurea quæ verè, nec non argentea multis
Nuper eram, videor vix mihi limus iners.
Nam cum subripiat firmas tot morta columnas
Qui tandem poterit firma mihi esse basis?

CONSOLATIO.

Verum est: præclara ceciderunt morte columnæ,
Expertus dico: nam vix mihi tertius annus
Currit, ubi Alsaticis invigilo Studijs,
Sed tres non tantum: totidem totidemque fuerunt
Erepti magno haud absque dolore viri.
At quisnam rapuit? Deus est: quid dicimus ergò?
Quare? ut pro parvis maxima dona daret.
Quò rapuit? quò tu, quò nos transibimus omnes,
Quid grave nos ergò cordolium cruciat?
Quin potius Dominum totâ de mente rogamus,
Ut nunc in columas, quos dedit, esse velit.

Debita munerebus, latus
Fecit

Samuel Majus Ilmo - Thuringus.

IIII.

ET sexcenta cadentes lacrymæ te comitantium
Reddent ora virorum madida, & quos calamo, uberi aut
Hostes necitare vicere NASSERE loquentiâ
Vocis, Mæonij, carmina cantare periti, ave
Dicent, Alcaicivè aut reliquos hi modulos probè,
Scribent, excutientes, tenuis, cum pudor et potens
Inbellisque lyræ Musa vetet, grandia non cano.
Immane attamen ô monstrum & ijs cedere nescium
Aspectus quoque quos & refugit portitur ille? queis
Blanditur stygius cerberus orci duplici æquore
Cursu utentibus? & sæva domus quos Hecatis stupet?
Divos tunè petes? nilnè grave aut nilque tibi arduum est?
Nobis an rapies per scelus (heu) omnia commoda?
Fulmen, te obsecro, ponas: misereris nihil? heu mori
Cogis denique me: Peccatore quis lethum adamantino
Septum pingere dignè audeat: aut pulvere mortuûm
Vultum atrum Lachesis? Tartarei sedulitate vé
Plutonis supero atramque, Charontem, sobolem parem?
Aures cur feriens immodicam detero bestia
Sæva sævitiam? sive quod orbata dolet, mali,
Prædæ membra animæ, Lerna, vel, omni spolio, writur,
Non præter solitum se spoliariet —

Sic simulabatur

Matthias Bruno Aultriâ VVelfensis.

Anno quo

Mæta tibi NASSERO exCIDit.

ARGENTORATI, Typis IOHANNIS CAROLI.

LACRUMÆ 75

Super immaturo obitu

REVERENDI CLARISSIMI DOCTISSI-
MIQUE, VIRI DN. BARTHOLOMÆI NASSERI, ECCLESIAE AR-
GENTORATENSIS AD D. THOMAM ANTISTITIS VIGILANTISSIMI, ACADEMIAE
Professoris celeberrimi, nec non Capituli Thomani Praepositi dignissimi, pie ac placide in Domino
obdormientis ipso die Dominicae Passionis. Anno 1614.

I.

Heu fortis quanta est, quanta est violentia mortis!
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Nil profunt thermæ, nil profunt pharmaca contra
Mors quibus, heu! corpus spicula dira petit.
Hinc & tæmificam quâ demetit omnia, falcem
Exacuit, subito vulnere sæva parans,
Exemplo est nobis Pastor dignissimus ævo.
Nasserus clarus, religionis amans,
Qui occidit in multam claudens sua lumina, noctem:
Cujus ad exequias, ampla corona venit.
Egregium specimen morum, lumenque cathedræ,
In quo pura Dei regna tenebat amor.
Trastavit nobis sacri qui dogmata verbi
Pro rostris, populos erudiendo pios.
Mellea cui fluxit teretis facundia linguæ:
Et vox hyblæis aurea mixta favis.
Cujus vix similem reperit Germanica tellus:
Vix talem nobis secula futura dabunt.
Hinc meritò tantus mæror nos occupat omnes,
Et lachrymas oculi non tenuisse queunt.
Heu, heu, quod talem mors aufert pallida, nobis,
Ac nostrum medio non finit esse diu!
Sed quid agamus? erat placitum sic omnipotenti,
Sic voluit sapiens, sic bonus ille Pater.
Quare corde Deum elementem & voce vocemus,
Nam res ardentes exigit ista preces.
Ut alios verbi dignetur mittere Servos,
Queis nostræ curæ resque salutisque sient.

Mærens pos.

M. Christophorus Kermannus,
Argentoratensis.

Heu! NASSERE, cadis? (quid enim nisi flebile restat?)

III.

ECCLESIA.

Nunc hinc nunc illinc dum me, ceu turbo, malorum
Tela catervatim conglomerata petunt;
An, NASSERE, mea spes olim fida salutis,
Talia qui vivus cernis? obire potes?

ACADEMIA.

Quo vix florebam læto perfecta vigore,
NASSERE, in puncto, dum cadis, ipse cadit.
Eheu quam nulla est hujus perfectio vitæ!
Quam semper membro sum viduata aliquo!

CAPITVLVM THOMANVM.

Exactis nondum fluxit bis mensibus annus
OBRUENTVM ut rapuit nex inopina meum:
Te quoque nunc spoliore, mea quo duce cura quievit?
Ah sarcicatum, quem sero, SUMME DEUS,

STVDIOSI THEOLOGIAE.

Qui gravis ore, stylo suavis, pietate coruscus,
Qui doctor noster, ductor & almus erat,
Qui tulit è puro divinos fonte liquores,
Hunc (ah quid facimus!) mors malefana premit.

ARGENTINA.

Aurea quæ verè, nec non argentea multis
Nuper eram, videor vix mihi limus iners.
Nam cum subripiat firmas tot morta columnas
Qui tandem poterit firma mihi esse basis?

CONSOLATIO.

Verum est: præclare ceciderunt morte columnæ,
Expertus dico: nam vix mihi tertius annus

Mærens pos.

M. Christophorus Kermannus,
Argentoratensis.

Heu! NASSERUM, cadis? (quid enim nisi flebile restat?)
Tristia lugubri murmura fusa modo,
Tristes accentus, & lamentabile carmen,
Et dolor exanguis tristis in ore sedens;
Ite huc in lacrymas, æterni elementa doloris,
Et miseros senis jungite quinque pedes.
Nam modò quem validâ Dominus vegetaverat aurâ,
Et cui nec dabiis tinxerat ora color.
Hunc (referens doleo!) rapit inclementia morbi,
Atque implet vitæ munia summa suæ.
O nefanda dies, non te produxit Olympo
Vestâ sub obscuro Memnonis axe parens:
Sed funesta tibi squalenteis extulit umbras
Inferno peplo nox adoperta caput.
O nox crudelis, cur non te exercita Sacris
Virtus commovit, nec sua nota fides?
Omnibus ô tristis nox, rerum lubricus ordo,
Funesto que nimis mors celerata gradu,
Cur te non dix Sophiæ studium remoratur?
Eloquium que potens? ingenium que sagax?
Sed quid vana queror? non est revocabilis ipse:
Jacturæ questus non capit iste modum,
Non juvenis jacet ante diem. glomeraverat olim
Pensa illi lucis talia terna dea,
Neglectæ que hujus liquit contagia terræ,
Inter cælestes stella recepta sinus.
Non est mortalis (tristes absistite planctus)
Non est mortalis tuq; sic esse dolor.
Et vos NASSERUM qui olim coluistis amict,
In primis Sancti dulcia membra chori,
Exuite atraci velamina tristia luctus,
Nam mors non tantæ par erit invidiæ,
Quò minus æternâ mutarit funera vitâ;
Nunquam etenim Sanctis mors simul atra venit:
Cunctis que æternum ut vivat celebratus in oris:
Nam non obruitur gloria marmoribus.

Lugebat

M. Matthias Cleophas Jacobi,
Herxheimensis Vangio.

ARGENTORATI, Typis IOHANNIS CAROLI.

Qui tandem poterit hirmâ mihi esse banis?

CONSOLATIO.

Verum est: præclaræ ceciderunt morte columnæ,
Expertus dico: nam vix mihi tertius annus
Currit, ubi Alfatidis invigilo Studijs,
Sed tres non tantum: totidem totidemque fuerunt
Erepti magno haud absque dolore viri.
At quisnam rapuit? Deus est: quid dicimus ergò?
Quare? ut pro parvis maxima dona daret.
Quò rapuit? quò tu, quò nos transibimus omnes,
Quid grave nos ergò cordolium cruciat?
Quin potius Dominum totâ de mente rogamus,
Uc nunc in columes, quos dedit, esse velit.

Debitæ mirabilis imago

Fecit

Samuel Majus Ilmo-Thuringus.

1111.

ET sexcenta cadentes lacrymæ te comitantium
Reddent ora virorum madida, & quos calamo, uberi aut
Hostes nectareæ vicere NASSERE loquentiâ
Vocis, Mæonij, carmina cantare periti, ave
Dicent, Alcaicivè aut reliquos hi modulos probè,
Scribent, excutientes; tenuis, cum pudor et potens
Inbellis que lyre Musa vetet, grandia non cano.
Immane attamen ô monstrum & ijs cedere nescium
Aspectus quoque quos & refugit portitur ille? queis
Blanditur stygius cerberus orci duplici æquore
Cursu utentibus? & seva domus quos Hecatis stupet?
Divos tunè petes? nilnè grave aut nilque tibi arduum est?
Nobis an rapies per scelus (heu) omnia commoda?
Fulmen, te obsecro, ponas: misereris nihil? heu mori
Cogis denique me: Pectore quis lethum adamantino
Septum pingere dignè audeat: aut pulvere mortuûm
Vultum atrum Lachesis? Tartarei sedulitate vé
Plutonis supero atramque, Charontem, sobolem parem?
Aures cur feriens immodicam detero bestiæ
Sævæ sævitiam? sive quod orbata dolet, mali,
Prædæ membra animæ, Lerna, vel, omni spolio, uritur,
Non præter solitum se spoliariet —

Sic eiulabatur

Matthias Bruno Austria VVelfensis.

Anno quo

Meta tibi NASSERO EXCIDIT.

